

*Frank Wedekind natus est Hannouerae anno millesimo octingentesimo sexagesimo quarto. Mortem obiit Monaci anno millesimo nongentesimo duodeuicesimo. Puer in Heluetia uixit, postea autem Monacum migravit, ut iuris peritus fieret. Sed quia hoc studium ei non gaudio erat anno millesimo octingentesimo octogesimo sexto finem studendi fecit. hereditate post mortem patris accepta poeta liber et Monaci et Berolini et Lutetiae Parisiorum uixit, postea etiam Lipsiae Dresdaeque.*

*Maiestatis accusatus propter carmen a se scriptum in Helvetiam confugit. Ultra autem reuertit, manus dedit, in carcere coniectus est. Nouem autem mensibus post e carcere emissus est.*

*Wedekind imprimis laudem consecutus est tragoedia, quae inscribitur "Frühlings Erwachen". Etiam - ut supra memoraui - carmina conscripsit non tam nota quidem, de quibus unum Latine recitabo, quod inscribitur "Pennal"*

*Longius cor meum coercere non possum.*

*Ita me deus amet - hoc numquam feci.*

*Sed - quaeso - ne me uituperes,*

*nam tibi confiteor me te amare.*

*Cum te uideo ambulans in uia strata  
amore ardeo; nescio, quomodo hoc fiat.*

*Postea autem intellego ac iterum  
tibi confiteor me te amare.*

*Cum ambulo, sto, cubo, sedeo,  
cum commentariolum conscribere debeo,  
cum mihi ars grammatica discenda est,  
semper mihi ante oculos uersaris.*

*Sin ad me litteras scribere non uis,  
oculos tuos quasi nuntios  
felicitatis meae transiens defigas  
in me amore micantes.*

*Sin autem animus meus nimis audax erat,  
si oculos tuos auertis,  
fortasse in actis diurnis mox leges  
ubi mihi mortem consciverim.*

*Ardor cordis mei tibi nunc notus est.*

*Utrum sortem albam an atram ducam?*

*Gaudium maximum esset -  
esset acerrimus dolor.*

## **Pennal**

Länger kann mein Herz ich nicht bezähmen -  
Ach du lieber Gott, ich tat es nie! -  
Doch Sie dürfen es nicht übelnehmen,  
Aber ich gesteh's, ich liebe Sie.  
Und wenn ich Sie auf der Straße sehe,  
Dann ergreift es mich, ich weiß nicht wie;  
Dann wird es mir klar und ich gestehe  
Ihnen noch einmal: Ich liebe Sie.

Ob ich gehe, stehe, liege, sitze,  
Ob ich meinen Aufsatz schreiben soll,  
Ob ich über der Grammatik schwitze,  
Stets erscheint Ihr Bild verheißungsvoll.  
Und wenn Sie mir nicht zu schreiben denken,  
Dann soll ein verheißungsvoller Blick,  
Den Sie im Vorübergehn mir schenken,  
Bote sein von meinem größten Glück.

Aber wenn mein Herz zu kühn gewesen,  
Wenn sich Ihre Blicke wenden ab,  
Werden Sie vielleicht im Tagblatt lesen,  
Wo ein Lebensmüder fand sein Grab.  
So, Sie kennen nun mein Liebesfeuer;  
Winkt mir heitres, winkt mir düstres Los?  
Meine Freude wäre ungeheuer;  
Meine Schmerzen wären riesengroß.

(Frank Wedekind)